

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 82. Opera & obitus Scriptorum Ecclesiasticorum religione Catholicorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII.

A. C. 1718.

## §. LXXXII.

*Opera & obitus Scriptorum Ecclesiasticorum religione Catholicorum.*

Niceron.  
tom. I.  
pag. 463.

Hoc item anno plures ex Scriptoribus Ecclesiasticis mortis invidia Orbi litterario erepti sunt, hos inter præcipuus est Stephanus Baluzius; qui adversantis fortunæ procellis per plurimos annos jactatus, nunquam animum a labore relaxabat: Scripsit Anti-Frizonium, in quo libro *Purpurata Galliam* Petri Frizonii Sorbonæ Doctoris ab erroribus expurgavit: Edidit etiam dissertationes de ætate S. Sacerdotis Lemovicensis Episcopi, de sanctis Claro, Laudo, Ulfardo, & Bacemado: emendatos etiam edidit octo libros Petri de Marca de Concordia Sacerdotii & Imperii, notisque illustravit Salviani Massiliensis, & Vincentii Lirnenensis opera, necnon Servati Lupi Ferrariensis opera, & S. Agobardi Archiepiscopi Lugdunensis libros, atque Leidradi & Amulonis Lugdunensium Archiepiscoporum opera & epistolas, præter Concilia Galliæ Narbonensis, & S. Cæsarii Arelatensis Episcopi Homilias. Pariter notas adjecit Reginonis Prumienensis libris duobus de Ecclesiasti-

siasticis disciplinis, & religione Chri- Sæc. XVIII.  
 stiana: Rhabani epistolam ad Heribal- A.C. 1718.  
 dum, Antonii Augustini Tarragonensis  
 Dialogum, Marii Mercatoris opera,  
 Petri Gallandi vitam Petri Castellani,  
 Capitularia Regum Francorum, Mar-  
 culfi Monachi, aliorumque formulas,  
 Lactantii librum de mortibus persecu-  
 torum, Epistolas & gesta Innocentii III.  
 illustravit, quæ opera continentur in Ba-  
 luzii miscellaneis. Supplevit etiam in sua  
 nova Collectione Conciliorum, quæ in  
 Labbeana desiderantur, sicut & Marcam  
 Hispanicam, & alia opuscula Petri de  
 Marca, quæ hucusque nondum in lu-  
 cem edita fuere. Scripsit denique Vi-  
 tas Pontificum Avenionensium, Histo-  
 riæ Genealogicam Alvernianæ fami-  
 liæ, Historiam Tutelensem, epistolas  
 ad P. Tournemine de ejus editione S. Cy-  
 priani, epistolam ad Renodotum de  
 vita & morte Caroli du Fresne, ac  
 denique opera S. Cæciliæ Cypriani re-  
 cognovit, illustravitque. Obiit Parisis  
 die vigesima octava Julii anno ætatis  
 suæ octogesimo octavo. II. Stephanus  
 Rafficod edidit annotationes in Conci-  
 lium Tridentinum, suamque operam  
 contulit ad conficiendum Diarium Eru-  
 ditorum. III. Philibertus Collet scri-  
 psit tractatum de excommunicationi-  
 bus, tractatum de usura, colloquia

Eee 5

circa